



## **Jus Canonicum Practice Explicatum**

Seu Decisiones Casuum Ad Singulos Decretalium Gregorii Papæ IX. Titulos,  
& ad Consuetum Referendi Modum accommodatæ

Complectens dimidiam Decretalium Partem, videlicet nonaginta duos  
Titulos, nimirum usque ad Titulum XX. Libri de Feudis exclusivè

**Pichler, Vitus**

**Ingolstadii, 1728**

Decisio LXXV. De Parocho consanguinem domi suæ instar concubinæ  
detinente.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62305)

habitus suo statui non competentis, & debitum ordinem perturbantis. Ad V. malè fieri hanc illationem; quamvis enim habitus non faciat Monachum, aut Clericum, Monachum tamen distinguit ab aliis Monachis, aut aliorum Ordinum Religiosis, quibus diversi habitus sunt præscripti, proin etiam habitus debet distinguere Clericos inferiores à superioribus, & iis,

qui altioris sunt ordinis, ne fiat confusio. Ad VI. Etiam Parochis, & quidem Civitatensibus, licèt Nobilibus vel etiam Doctores, confuetudinem modernam, & debiti ordinis Ecclesiastici rationem, non concedere, sed prohibere vestem violacei coloris solum iis competentem, qui ab aliis sunt ordinis & dignitatis.

## TITULUS II.

### De cohabitatione Clericorum & Mulierum

#### DECISIO LXXV.

De Parocho Consanguineam suam instar concubinae in suis ædibus habente.

#### SPECIES FACTI.

Venerat non ita pridem ad celeberrimam Thavmaturgæ Virginis ædem puella quædam, ut conscientia stimulis agitata saluti suæ consuleret apud B. V. in hoc loco ab antiquis sæculis admodum propitiâ, ac innumeris prodigiis & beneficiis quoad corpora & animas confluenti eò populo Christiano exhibitis clarissimam. Isthæc recensuit Confessario, quòd per plures jam annos degat apud proximum Consanguineum pinguis Parochia rectorem, & cum eo vivat instar conjugis; interrogata à Confessario, an non agnoverit, hæc esse gravissima peccata non tantum simplicis fornicationis, sed etiam sacri-

legii & incestus, reposuit, sibi quidem aliquando venisse scrupulos, sed ideo Confessario ( utique plures simplici ) rem totam se exposuisse, et addito tamen, cognatum suum semper dixisse, hanc consuetudinem & amorem carnalem inter se, potest personas carnali consanguinitatis vinculo ab ipsa natura tam conjunctas, peccatum non esse diabolicum Casistam ! quo confusio ( obstupescite. ) Confessarium respondisse aiebat : novi perbene tuum Consanguineum, eumque virum doctissimum bene scio: quod si is tibi hoc dixit, poteris pergere. O crassissimam ignorantiam Confessario.

liti, vel potius temeritatem sese ingerentis in tam arduum munus, à quo pender poenitentium salus. Sed humani naturæ & conscientie internum delictum puellam ignorare non permittit, quod stolidissimus & ineptissimus Confessarius non intellexit, atque ideo partim interrogando partim se succidendo vulnerata ad mortem usque conscientie remedium apud alium Confessarium haud paulo doctum quaesivit, ac invenit, iussa quan-

toctus migrare ex ædibus incestuosi & sacrilegi Parochi. Quod quidem se facturam promisit, an verò executum sit, ignoro, quia ex longinquis & valde diffusis locis advoleserat. Cum verò tam damnabilis peccandi consuetudo per plures annos continuata moraliter vix potuerit esse sine indicis, ex quibus hæc puella, licet proxima Parochi consanguinea fuerit, suspecta merito facta sit de impudico commercio, ideo

### QUÆRITUR.

*An Vicarius Generalis non possit, vel potius non debeat feminam, licet sanguine proximè conjunctam, si tamen suspecta sit, ex ædibus Clerici expellere per severum mandatum?*

Ubiabit forsan I. propter textum can. 3. Concilii Nicæni recitatum in can. interdixit 16. dist. 32. ibi: interdixit per omnia sancta Synodus non Episcopo, non Presbytero, non Diacono, vel alicui omnino, qui in Clero est, mulierem subintroductam habere mulierem, nisi soror aut matrem, aut sororem, aut matrem, aut etiam eas idoneas personarum, que fugiant suspiciones. II. Propter textum ex Concil. Cartag. III. de contemptum, & adductum can. 27. d. in his verbis: cum omnibus omnino Clericis extranea femina non cobabitent, sed solum matres, avie, & matertere, sorores, & filie fratrum aut sororum. & can. 24. cit. dist. sic habet: volumus, ut sacerdotes prohiberi debeant, ne cum mulieribus conversentur: excepta dumtaxat matre, sorore &c.

ergo solum extraneæ personæ, non verò propinqua consanguinitate in primo vel secundo gradu conjunctæ, prohibentur commorari in ædibus Clericorum. III. Propter fructum spiritualem, quem foemina, præsertim conjuncta, ac sorores, ex cohabitatione cum Clericis, quorum vita debet esse exemplaris & sancta, sperare & haurire possunt juxta illud Psalmi 17. cum sancto sanctus eris. IV. Propter necessitatem, præsertim œconomicam, juxta illud Ecclesiastici 36. v. 27. ubi non est mulier, ingemiscit egens; id quod maximè procedit in foeminis valde conjunctis Clericorum. V. Propter convenientiam naturalem; nihil enim tam naturæ conveniens est, quàm ut filii simul cum matre (quid nã & sorore?) in eadem domo degant.

gant. per l. si ita legatum ff. de condit. & demonstr. demum VI. Propter carentiam pravæ suspicionis; nam apud huiusmodi personas tam arcto consanguinitatis vinculo conjunctas naturale fœdus nihil permittit sevi criminis suspicari, ut ait Innocentius III. in c. 9. h. t. nempe illiciti commercii.

Verùm enimvero pro indubitato tenendum est, quòd, sicut Clericus Jure Naturali & pro foro conscientie obligatus est dimittere ex domo sua fœminam, ut ut conjunctam, etsi mater, soror, amita &c. sit, & ipsa fœmina sua sponte discedere, ubi periculum peccandi proximum advertunt, vel mutuo sibi scandalum seu ruinam spirituales creant, ut per se patet ex Jure Divino & Naturali; ita etiam Superior Ecclesiasticus possit imò debeat vel per severum mandatum, vel, si hoc non sufficiat, per graves minas, aut vim etiam, expellere fœminam, etiam sororem, ex ædibus Clerici, si suspecta sit pudicitia, aut indicia gravia impudicæ conversationis se prodant, vel periculum incontinentie apprehendatur, Text. in c. 1. h. t. & ibi Abb. n. 1. Imola n. 1. & 2. Barbosa n. 4. Gonzal. n. 8. Vivian. in Ration. V. etiam si sit Mater. Textus c. 1. cit. sic habet: *inhibendum est, & modis omnibus interminandum est, ut nullus sacerdos eas personas fœminarum, sicut in Canone insertum continetur, NB. de quibus suspicio esse potest, in domo sua retineat; NB. sed neque illas, quas Canones concedunt, matrem, amitam, sororem; quia instigante diabolo etiam in illis sce-*

las frequenter perpetratum reperitur. Conspirat sententia in Concil. Moguntino sub Arnulpho c. 20. lata tenoris: *quãvis Sacri Canonis, quoddam personas fœminarum simul cum Clericis in una domo habitare permittat tamen, quod multum dolendum est, si pe audivimus per illam concessionem prima scelera esse commissa, ita ut quilibet sacerdotum cum propriis sororibus concubentes filios ex eis generarent, idcirco constituit hæc sancta Synodus ut nullus presbyter ullam fœminam cum in domo propria permittat, si quatenus occasio male suspitionis facti iniqui penitus auferatur.* Similiter habet Concilium Foro-Julienense c. 4. & Metense can. 3. ac Brachense III. can. 2. Nec abluvit ultima Synodus œcumenica Tridenti habita sess. 25. c. 14. de reform. prohibet in quibusque Clericis, ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus suspicio fieri potest, in domo vel extra domum, aut cum illis ullam conversationem habere audeant: alioquin penitus a Canonibus vel statutis Ecclesiarum deponantur. Accedit duplicatio, unam exprimit c. 1. cit. quod etiam in his personis adeo conjunctis instigante diabolo, & conspirante humana fragilitate, sæpius contingit plus carnalis: rectè proin, ubi deest habitus justa suspicio, auctoritate Ecclesiastica tollitur occasio & periculum, vel etiam ipsum peccatum: nec enim Clericos eâ vitæ sanctitatis fulgere, ut non à crimine peccati, sed etiam à suspicione criminis

minimo alieni sint. Alteram subministrat scandalum populi Christiani, quod, ubi iustus de causis foemina, etiam fornicator, Clerico cohabitans, & ipse Clericus de incontinentia vel inhonestis amoribus redduntur suspecti, facile occurrit in populo, praesertim apud Parochianos, & sic vel sumunt occasionem liberius indulgendi delictis carnalibus, vel vilipendendi Clericos, & maxime Parochos, erga quos promittitur fiducia, respectus debitus, & reverentialis timor, vel saltem vane miscendi sermones. Incumbit autem Superiori Ecclesiastico vi officii, ut tollat scandalum de populo, & abstrahat occasionem perveris & iniuriae Ecclesiastico injuriosis sermonibus, ex suspecta conversatione cum foeminis, etiam valde conjunctis, datam vel arreptam. Unde omni laude dignissimum est Institutum Clericorum in Commune viventium, & nullas foeminas in suis secum aedibus habitare permittentium; quos utinam & alii Clerici, praesertim Parochi, imitentur, qui aliquando coquas, aut alias ancillas juvenes, merito suspectas, in aedes suas introducunt, usque per integros annos cohabitant, ac propterea iraducuntur, vilipenduntur, amorem, estimationem, famam, honorem, & confidentiam erga se non sine gravi animarum periculo aut detrimto perdunt, non raro per ejusmodi foeminas domi suae detentas dantes, & tam gravibus malis causam.

Ad rationes dubitandi nulla jam est difficultas respondendi. Ad I. & II. (H. P. Pichler Decisiones)

quidem; quia illi textus intelligendi sunt de foeminis consanguineis, aliunde non suspectis; quamvis enim foeminae extraneae per se & solum ideo, quia juvenes &c. sunt, pro suspectis facile haberi possint, consanguineae tamen in tam propinquo gradu per se suspectae non sunt, nec pro talibus habentur à SS. Canonibus; quamvis & istae per accidens in certis circumstantiis suspectae reddi possint, atque ideo in aedibus Clericorum non tolerandae sint. Ad III. notetur, quod Pfalter Regius statim subjungat: *Et cum perverso pervertèris*: facilius autem contingit, ut perversus pervertat bonum, quam ut bonus convertat vel bonum efficiat perversum, maxime in lubrico carnis vitio, quod vix vincitur sine fuga occasionis: ubi igitur persona alterius sexus per cohabitationem praebet occasionem tentationibus, vel etiam lapsui, Jus Naturale praecipit eam fugere & consortio excludere, atque, si ex indiciis exterius se prodentibus colligitur periculum, vel suspecta redditur cohabitatio Clerici cum foemina, etiam sorore, Superior Ecclesiasticus quoque potest ac debet istam societatem disturbare, occasionem peccandi, aut suspicionem aliorum, ac scandalum tollere. Multi, qui ab initio bona intentione conversari coeperunt cum foeminis, ut converterent aut in spiritu promoverent, postmodum ex frequentiori colloquio, aspectu, conversatione cum eis ipsi initio tentati, postea lapsi sunt, incipientes in spiritu, in carne desinentes, ut lamentatur

G g g

tur

tur Apostolus, & deplorant Ascetæ: quid ex continua cohabitatione sperandum boni? Ad IV. Illa necessitas œconomica sæpe est merus prætextus: deinde licet daretur, ei tamen præferenda est longè necessitas animæ in periculo positæ ex cohabitatione cum muliere suspecta, uti & charitas obligans ad tollendum scandalum. Ad V. Imprimis textus in lege cit. hoc non dicit: dein conveniens quidem esse potest, ut mater (vel etiam foror) habitet in domo

fili (vel fratris) Laici: at conveniens non est, ut simul cum Clerico habitent in eadem domo tales feminae, saltem ubi incipiunt esse suspectæ, vel periculosæ; tunc enim inconvenientissimum, illicitum, scandalolum est. Ad VI. Licet regulariter inter personas tam arctè conjunctas nihil secretis præsumatur, nec suspicio illiciti commercii esse debeat: per accidens tamen & quandoque etiam ista personæ possunt habere periculum, & reddi suspectæ.



## TITULUS III.

### De Clericis Conjugatis.

#### DECISIO LXXVI.

#### De Sacerdote ad Matrimonium aspirante.

#### SPECIES FACTI.

**P**hilander egregiè peritus artis Musicae, & jam sexenniò Sacerdos, multùm agitated stimulus carnis, ac amore alterius sexûs nimium irretitus, aded ut sapius à figendis eidem impuris osculis Deum & conscientiam graviter læserit, tandem cogitare cœpit de mutando statu, & ineundo matrimonio, aliter se vitare graviores lapsus carnales non posse ratus. Rem quidem & propositum suum hucusque clam habuit, & quia apostasiam

tam à fide quàm à statu Clericali utpote remedium profus abominabile, arripere non placuit, per viam ris propositum suum exequi illius probare conando, vel se non adhiberi votò castitatis, sacris Ordinibus annexo, vel, si adstringeretur, castitatem secum dispensandi sufficienter adesse. Antequam verò rem aggrederetur, suumque sensum in re externo proponeret, consilium & sententiam privatam poposcit à Theolo-